



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Adiunctum rei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Dion. ora. mores admodum peritè, atque musicè, non
r. de regno mollem, neque remissam cantionem, quæ ad
ex editio- ignauiam desidiamque duceret, sed ipsum o-
ne eruditii pinor rectum, qui Mineruæ appellatur nomu.
Morelli. Et Alexandrum quidem confessim exiluisse ad
arma, tanquam diuino numine incitatū. Quod
profecto effecit, non adeò musica vis, vt Reg-
gis animus acer, atque iracundus. Quoniam
Sa'danapalum nunquam certè è cubiculo à
mulieribus, suscitasset non solum Timotheus,
aut aliis quispiam ex junioribus, sed neque
Marías ipse, aut Olympus, quin etiam mihi
videtur, quod ne Mineruæ quidem (si fas est
dicere) eundem nomum percurrente, ille un-
quam arma correpturus erat, sed longè prius
surrecturus ad saltandum, aut fugiendum us-
que adeò miserè affectus erat ob potestatem,
velicasque. Utinam hodierno die sic vestros
concitatem animos, &c.

Altas ab attentione, & promissione magnorum
commodorum, vbi præsertim ad popu-
lum agitur, vt Olynthiaca prima.

Adiunctum rei.

Demosth. Ego verò sic mihi persuadeo vos magnæ o-
Glyntb. pulentie loco hanc orationem meam numeratu-
ros.

Alias à precatione, & molli, obiurgatione
corum, qui nimis frigide deliberant.

Idem. Maxime vellem, Athenenses, vt qua in o-
mnes estis humanitate, eandem erga vos ipsi
adhiberetis. Nunc autem maior est dexteritas
in aliorum malis corrugandis, quam in ijs, quæ
ad vos attinet prouidens.

Alias à reprehensione corum, qui factam de-
liberationem instituunt, & adhibent sibi con-
filiarios, quos minimè sequi cupiunt.

Si seitis, Athenenses, quid de rebus ipsis
facti sit optimum, non modo supervacaneum
est, sed improbum eas ad deliberandum pro-
ponete, nam si, quæ ipsi antequam sententias
rogaueritis, tanquam optima, & velitis com-
modis maximè consentaneæ amplectimini;
Quorū ipsisdem audiendis frustra obtendi at-
tinet, sin autem ista consideratis, quas ex ijs,
quæ dicuntur statuendum sit: Non opinor æ-
quum est, si qui velint eis non facere dicendi
potestatem.

In genere ταγαδίων suadendo, scilicet, aut
dissuadendo, quod incredibile videatur.

Dio. Pru- Nou equidem propemodum, quod om-
sens ora. nes homines docere difficile sit, in errorem
en Graco. autem inducere facile, & discunt quidem, si

modo discunt à paucis, & ipsisdem apprimè. Contenda-
rudit, in errorem autem inducuntur ocyus in hac-
à multis, ipsisque imperitis, & non tantum ab ratione
alijs, verum ipsi à semetiphs. Veritas enim a probare
mara est stultis, & iniucunda; mendaciū an-
tem dulce, & blandum, quemadmodum o. Graciū
pinor ijs, quibus dolent oculi, lumen videre fuisse.
molestem est; tenebra autem, absque tristitia
sunt, & suaves, quod videre non finant. Itaq. lon-
Aut quomodo ita sæpe inualiscent menda-
cia, quum veritas esset præsto, nisi per volu-
tatem vicissent? quum autem difficile sit (vt sicut
dixi) docere, longè tamen difficilius est dedoce. Triviam à
re, præsertim eos, qui longo tempore mendacia Graciū
audiuerunt, neque ipsi soli in errorem indu-
fuisse. At sunt, sed & partes corum, & aui, & omnes uersam,
fere maiores. Non enim facile est horum con-
uclere opinionem, etiam si quis manifestè
conuincat. Quemadmodum & ijs, qui sup-
positos pueros alunt, difficile est tamen exi-
mere opinionem, etiam si quis vera dicat, quæ
quidem initio si quis dixisset nunquam eos
fuerūsset. Porro hoc ita validum est, vt
multi mala potius sibi vendicent, & confitean-
tur aduersum sese, si prius sint persuasi, quam
bona post longum tempus audientes. Proinde
neque vos (viri Ilienses) mirabor si fide di-
gnorem putaueritis Homerum, qui pessima
aduersum vos mendacia finxit, quam me vera
diciem.

In exhortatione ad virtutem contra curio-
sos.

Multi quidem homines de questionibus
controversi, in quibus eruditorum homi-
num triumphare solet industria, & disputare
auent, & audire, de ijs verò, que constant
hominiū opinionē rata sunt, & fixa, super-
vacaneum esse quicquam docere existimat. Dñs. Pr.
Ego sane si videberis vos in ijs, quæ recta esse
censemus, permanere, nihilque facere, quod
rationi confirmate aduerseris, neque ipse per-
spicis. Quenam autem non à bonorum, &
malorum ignorantia adeò vos video pertur-
bari, quantum ab eo, quod non ratiocinato-
ribus de his obtemperatis, neque sequimini
eas, quas ipsi habetis opiniones: magis
me arbitror utilitatem allaturum, si eas con-
tinuo vobis in animum reuocem, sermone
que adhorter, vt obediat, factoque conser-
uetis officium. Quemadmodum enim opinor,
& medicos, & naucleos videmus sæpe cadem
principere, non eo, quod non primum au-
dientur,

dierint, quibus præcipiunt, sed quod eos negligere, animunque non attendere videant: Ita & in vita vtile est sæpe ijsdem de rebus dicere, quod multi quidem sciant quid conueniat, sed non faciant. Non enim finis est regotantibus scire, quid sibi profit, sed eo (opinor) ut, hoc enim illis sanitatem præstat: neq; alij dicere fructuosa, & perniciosa ad vitam, sed non aberrare in horum electione. Sicut enim videre licet, quod qui ex oculis laborant, sciant quidem se sentire molestiam, si manus oculis admoueant, non velint tamen abstiner: simili modo, & in alijs accedit negotijs, vt multi quidem, & clarè sciant, quod non profit quid facere, incident tamen in illud. Quis enim nescit incontinentiam magnum esse malum? sed tamen quamplurimos in genias incontinentes: Et, per Iouem, legnitsem omnes scunt, non solum non posse acquirere vite necessaria, verum etiam acquisita dispendere: tamen reuera plures inuenient est leges, quam qui aliquid operis facere volunt.

Item in exhortatione ad ridiculos, & voluptuarios aptissimum exordium.
Idem ad Alexand. orat. 32.

Nunquid tandem velleris, o virti, paulisper seria agere, & attendere? quando quidem ludendo ætatem transfigis nulli rei animum ferias aduententes? ludi sane, & voluptatis, & risus (vt dicam quod res est) nunquam villa vobis est inopia: nam & ipsi ridiculi estis & faceti, & multis horum habetis ministros: rerum autem seriarum magna vos video laborare penuria. Quaenamque sunt, qui vos laudent, tanquam sapientes, & acutos, quod tot hominum millia pariter, & quæ oportet cogitent, citoque proloquiamini quicquid cogitaueritis. Ego vero magis vos laudarem, si tardè proloqueremini, & modestè tacereatis, recteque cogitaretis, quod & nunc facietis, quo ad illam laudem acquiratis, aliam maiorem, nouamque, & honestiorem, quod cum tot sitis numero, sermonibus tamen habitis utilibus omnes tenueritis silentum, & ad hoc offendenteris, quod non solum idonei sitis cogitata proloqui, sed etiam audita intellegere, choreæ hec quidem laus est, simul loqui posse, imo ne choreæ quidem, cur enim omnes defraudentur melodia? populi vero benè auscultare.

A virtute deliberantium valde aptum.

Salut. in Catilina. Nisi virtus, atque fides vestra satis spectata mihi foret, ne quicquam opportuna res ceci-

disset: spes magna dominationis in manibus frustra fuisset: neque ego per ignauiam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem. Sed quia multis, & magnis tempestatibus vos cognoui fortes, fidosque mihi, eo animus auras est maximum, atque pulcherrimum factum incipere, simul, quia vobis eadem, quæ mihi bona, malaque esse intellexi.

A persona suadentis.

Neque mihi hoc arrogo, neque si arrogarem satis sanus videres, vt veluti Polemon alius Hannibalem Martis spiritus vigore iuventum exultantem, in re militari infirmitate, ac erudire suscipiam: sed tamen vt sumini gubernatores interdum à vectoribus admoneri solet, ex quo animo, quæ est vestra humitas, moneri à me patiamini.

Faciam vt Imperatores instrueta acie solent, quanquam parati similes milites ad praehandum videant, eos tamen adhortantur. Sic ego vos ardentes, & erectos ad liberalitatem recuperandam cohortabor.

Noctu quidem deformem non modò corpore, sed & cantu immundam, fastidiofum hominum mollities respuit, eidemq; insultat. Sed tamen si Aëlopo fabularum concinnatori credimus, & prudentis olim animi fuit, & consilij. Snaft quippe avibus, ne querum crescere linerent, fore enim vt ex ea vicum nascetur, quo ipsa caperentur, atque cum homines linum sererent, iussit illius item crutum deuorari, ex quo furta præuidebat retia. Quid? cum sagittarum vidisset, peritis, inquit, aues, ille homo vestris vos pennis anteneret, pedes ipse vobis alas immittens sagittas. Sed tamen furdis canebat, vt fatua contemnebatur. Et fortasse lors noctuae apud vos hodierno die contigerit (audit.)

Glaucus vt aiunt (audit) pugil fortis, & gnerofo, cum in ludis Olympicis premeretur ab aduersario, parentis rusticuli homini, qui tum fortè aderat, voce excitatus est ad decus. Rusticus Nam cum de media turba quanta maxime filium poterat vocis contentione vir simplex exclamasset, τοῦ τὴν ἄποτροφος. Fili mi istam ab ma. arato, hoc dicto inflammatus adolescens aduersarium ingenti plagâ cum certâ victoriâ percussit. Qui mirum igitur, si ego quanquam illius urbanitatis, quam illi tantopere efferrunt insolens, vos licet benè animatos, & iam in procinctu stantes hortari videar, quando & ipsi olitorum non nihil aliquando loquuntur opportuæ.

Ii

De